

## Reparationes

dicitur de omnibus consideratis in hac scientia. ergo non est huius scientie subiectum. Maior probatur per diffinitionem subiecti attributionis. Minor probatur. quia in hac scientia agitur de generatione. alteratione. augmentacione. et mixtione que differunt genere. Solo argumentum presupponit falsum. scilicet quod ad rationem subiecti requiratur ratio generis uniuersale predicabilis de consideratis. hoc autem non requiritur. sed sufficit quod habeat ordinem et attributionem ad ipsum subiectum. Unde considerata in scientia non sunt unum necesse sed ad unum. ut dicit Albertus

**Queritur** Quotus est ille liber in ordine librorum naturalis philosophie. Solo. tertius. Ratio est. quia in libro physicorum agitur de corpore mobili in communi. In libro autem de celo et mundo agitur de corpore mobili secundum potentiam simplicem mobilitatis ad ubi qua mouetur motu localis nihil abijciente a substantia. igitur in hoc libro tanquam tertio agitur de corpore mobili simplici motu ad formas variantem esse mobilis. et in hoc completa est prima naturalium ultimum. quia mobile in vltimo non habet plures considerates

**Queritur** Quare corpus mobile ad ubi preeditur corpus mobile ad formam. Solo. ratio iam dicta fuit. et potest etiam assignari hec. quia in physicis vltima et communiora sunt priora. sed corpus mobile ad ubi est communius quam corpus mobile ad formam. ergo est prius. Maior est philosophi primo physicorum. Minor probatur. quia omne corpus mobile ad formam est etiam mobile ad ubi. sed non e contra. quia corpus celeste est mobile ad ubi non tamen ad formam

**Ad** Corpus mobile ad formam preeditur corpus mobile ad ubi. ergo quod dictum est falsum est. Ans. probatur. quia res naturalis prius generatur quam moueatur secundum locum siue ad ubi. Solo. licet corpus generabile sit principium secundum ordinem generacionis et nature et in eodem. tamen in diuersis corpus mobile ad ubi secundum positionem mobilitatis preeditur etiam via perfectio. ut dicitur. viij. physicorum

**Queritur** Quare iste liber intulatur de generacione et corruptione. et non de alteratione vel augmentacione vel humore aliquo. Solo. huius est duplex ratio ut dicitur. quare prima est principalior. Et est hec. quia in primo libro agitur de generacione et corruptione in vltimo et simpliciter. In secundo autem libro agitur de generabili et corruptibili simpliciter. sed de alteratione et de alijs agitur in quantum faciunt aliquid ad hec. et ut ostendat distinctio istorum ab illis. Secunda ratio. quia in toto libro determinatur de generacione et corruptione secundum quod et simpliciter dicitur. In primo quidem sic hoc in contrarium. In secundo autem tractate sed prima ratio melior est ut dicitur Albertus

**Ad** De generacione et corruptione agitur etiam in libro meteororum mineralium et de animalibus. ergo in hac scientia non considerantur principaliter. Solo. hic non agitur de generacione et corruptione quibuslibet. sed in vltimo acceptis. ut dictum est

**Queritur** Quomodo diuiditur iste liber. Solo. in duos libros partiales. In primo quidem determinatur de generatione et corruptione. et de his que ad notitiam ipsarum referunt. In secundo de terminatur de natura generatorum et corruptorum ostendendo quomodo generatio et corruptio eis differenter procedat.